…ichaël
… cardinalis.

Zawadzki Benedykt od S. Józefa.

Scholar. Piar. Coll. Łowicio: Agnus cardinalitia purpura eminentissimus, primatiali fastigio celsissimus etc 1690.

AGNUS
Cardinalitiâ Purpurâ
EMINENTISSIMUS
Primatiali faſtigio
CELSISSIMUS
Archiepiſcopatu Gneſnenſi
ILLVSTRISSIMVS & REVERENDISS:
Accipere Virtutem, & Divinitatem, & Sapientiam, & fortitudinem, & honorem, & gloriam, & benedictionem. &c. &c. &c.
DIGNISSIMUS
Ab Orbis Vrbe Roma redux
Et inter votivos obviàm exeuntis Poloniæ applauſus
A
Łovicienſi Scholarum Piarum Collegio Panegyricè
SALUTATUS
Anno AGNI DEI tollentis peccata mundi
1690.

VARSAVIÆ,
Typis Collegij Scholarum Piarum.

In Gentilitium Inſigne
EMINENTISSIMI
CARDINALIS



Magnus honor vobis, magnum quia cingitis arcto
Primatis nexu Mitra, Galere, Caput.
Luna KORYBUTHI, necnon SOBIESCIUS Vmbo
Teſtantur, Sceptris quòd ſua plena Domus.
Et ſatis eſt, nec plura petit RADIOVIUS AGNUS,
Purpureo ſi omnes vellere texit Avos.

A D
CARDINALEM
EMINENTISSIMUM
Præfatio Lyrica.

SI vel hyberni remorantur Euri,
Vel nimis ſævæ retinent pruinæ,
Cedimus fato, neq; deviantem
Cogimus AGNUM.
Si nives obſtant, vel hyems ſeverè
Aſperat blandas glacialis undas,
Si pluit nimbis Aquilo, graveſq;
Decutit imbres.
Cedimus fato RADIOVIANUM
Vi nec vrgenti revocamus AGNUM,
Hæreat, nec ſe moveat rigentis
Tempore brumæ.
Aſt hyems poſtquam poſuit minaces
Et gelu ſtringens Boreas furores,
Verq; ſuccedens pepulit malignam
Ætheris auram.
Nec tamen noſter redit AGNUS, imò
Vota ſuſpenſo reditu preceſq;
Lechicas ludit, Dominâ morando
Hoſpes in Vrbe.
Fata nil versùs querimur, ſed ipſum
Queſtibus lentis laceramus AGNVM:
Quid moras nectis? Patrio nec AGNE
Siſteris Orbi?
Fama Te primis Iunij quadrigis
Sparſit è magna properâſſe Roma,
Iunium præter Julius flagrantes
Finijt æſtus.

Quin & Augusti seges inquietis
Fluctuans culmis alacri metentis
Decidit ferro, subijtq; largo
Horrea fructu.
Nec redis noster tamen AGNE, prime
Nec redis Princeps; geminat querelas
Ipse September, quod es & nec istis
AGNE Calendis.
Sed quid humani poterunt labores?
AGNUS ex ipso venit vsq; cœlo:
Supplicet cœlo, reducem videre
Qui petit AGNUM.
Misimus sursum pia vota, cœlo
Supplices dextras dedimus; DEUSq;
Audijt voces, cupidis petitum
Detulit AGNVM.
AGNVS est præsens, Lechico IOANNES
E throno prodit, CASIMIRA Prolem
Obviam ducit, reditumq; sani
Excipit AGNI.
Gnesna lætatur, niveisq; sparsum
Lilijs confert iter, & PIARUM
Vota procedunt, animi, manusq;
Læta SCHOLARVM.
Cùm suas sospes subit AGNUS oras;
Vivat! & noster recreetur orbis
Vivat! & nobis memoretur omni
AGNVS in hora.

Non aliter tàm AGNO, quàm reduci
EMINENTISSIMÆ CELSITVDINI TVÆ.
Vovet & precatur

Devinctissimum Collegium Louiciense
Scholarum Piarum.

Emitte Agnum Domine *Isaiæ. 16.*



SAnctissimus Dominus es
ALEXANDER OCTAVE
Emitte AGNVM Domine.
Accepto Vaticano Galerō
Mercurius Eminentissimus
Induat talaria, & reditum acceleret.
Expectatio nostra non iam queritur, sed increpat,
Et pænè indiscretionis Primatem Regni accusat,
Si præstolantium tenet ulteriùs desideria.
Audacter primo Principi nostro dicimus:
Phosphore redde diem, quid gaudia nostra moraris?
Pascendis ovibùs destinate Petri Successor
Non ita diù AGNVM nostrum pâsce:
Etiam Polonia pro illo pascua habet;
Si non in septem collibus,
At inter Gnesnæ Liliá.
SERENISSIMVS POLONIARVM IOANNES
Tædio afficitur absq; suo AGNO.
Et benè: scis BEATISSIME PATER
Ioannis cuiusvis in Agnum amores & studia.

Qui regis Iſrael jntende, qui deducis velut ovem Ioſeph *Pſal: 79.*



QVod Ioſeph Ægypto, hoc Poloniæ RADZIEIOVIVS;
Poſt ſupremā ſtatim Maieſtatē Primas primusq; Princeps.
Tantū Principem in ſuo ad nos reditu deduci velut errabundā ovem
Grande deſideriis Lechicis tormentum.
Qui regis Iſrael intende
Vt ut calidiſſimos æſtatis menſes videamur egiſſe?
Glacialem hyemem perpeſſi credimur
Deſtituti Ariete noſtro,
In quem ſol ingrediens nobis Ver inchoare debuiſſet.
Quomodocunq;alii maiorem quærant è longinquò reverentiam,
A nobis è proximò etiam parata RADZIEIOVIO.
Apparitio Michaelis nobis inter præcipua feſta,
Quam in Maio celebrari debitam, hucusq; differi
Polonæ derogatum rubricæ.
Nullius boni ſine ſocio iucunda ſit poſſeſſio:
Qvid ſine optimo ArchiPræſule?
MICHAEL noſter
Non in Apulia, non in Gargâno monte ſe teneat,
Erunt ex nobis evocantium iacula, quæ ipſum eliciant?

Mon-

Montes exultaverunt ſicut arietes, & colles ſicut Agni Oviũ. Pſal: 113.



PVduit Romam se eius Conditoris eſſe filiam;
Qui à lupa paſceretur.
Ideò cũm collibus ſuis, Metamorphoſi nova
Tranſivit in arietes & Agnos Ovium;
Seu ut familiariùs AGNO Noſtro uteretur,
Seu quod iniurium putavit Petro tributariam eſſe;
Et tam bono Paſtori lupum ſe præſtare non ovem.
Subſiliêre altiùs Auentini montes
Sarmaticam tellurem videre percupidi;
Quæ tam prodigioſum enutrivit AGNVM:
Cognitoq; RADZIEIOVIO ea fuit Polonorum æſtimatio;
Vt transmarini omninò cum Iaſone uiluerint Colchi.
Lætitiâ, ludisq; viæ, plauſuq; fremebant
Audito Vaticani tripudio.
Et Câpitolini exultaverunt Anſeres
Poſtquã Polonam viderunt Aquilam.
Spectari potuit ab omnibus Romana lætitia,
Vbi ſupra montes áſcendit.
Meliùsq; nunquã a Qvirinalibus rupibus repercuſſa perſonvit Echo,
Quam ubi Sarmatiæ etiam Noſtræ excepta eſt auribus.
Ipſemet Alexander quia in Polonum Epheſtionem incidit;
Non invidit hanc venerationem fieri à Romana Siſigambi.

 Et lava-

Et laverunt ſtolas ſuas, & deálbaverunt eas in Sanguine Agni. *Apoc: 7.*



SAnguis Agni lavat non maculat.
Et ideò pro Oceani undis
Tinge hic equos & currum Tarnoviorum Luna:
Non negabuntur Stativa tàm nobili Planetæ,
Licet ſibi potiſſima Sol uſurpet hoſpitia in coeleſti Ariete.
Luna Soli non impar,
Quæ cum eſt PLENA, FIT ÆMVLA SOLIS.
Quotquot maximas Familias habemus,
Has omnes Sanguine Suo AGNVS tangit.
Enumerare omnes immenſum eſt,
Satìs quia Regnator etiam in Lechico throno IANINA,
Huic Sereniſſimus eſt Conſangvineus,
Ex regnatrice Domo Avia Sobieſcia
Nullis non Sæculis Dea,
Quam Sarmatici Coeli Palladem gentilitius teſtatur Vmbo.
Eat nunc caúillator apud Æſopum lupus,
Et limpidas aquas ab agno turbari doloſè queratur,
Auguſtas etiam ſcaturigines Iunoſza noſter non inficit.
Tu Dædalum indue calame,
Et tam Nobilibus ceris in ſublime euolabis.

Affer-

Afferte Domino Filios Arietũ Psal. 28.



IOANNES alias non esset
Inùictissimus in Lechico throno IANINA,
Nisi Arietum Filios adamasset.
Quotquot Nominis huius sunt Regnantes,
Innata eis semper in AGNVM propensio.
Apud Baptistam ad manus, ad pectus semper excubat,
Apud Apocalypticum occisus etiam triumphat.
Quanquam & apud Baptistam non absq; triumpho,
Quia cum vexillo semper triumphali.
Gaudent alia animalia beneficâ Ioannis tangi manu,
Præ AGNO tamen vix aliquis tenerius,
Qui ea illum inter Lilia posuit,
Vbi Tauri & Bisontes, ubi pascebantur Leones:
Felicitatem Agni diceres,
Nisi hæc non tantum à meritis sed & à Natalibus esset:
AGNVM enim inter & magnum
Non literarum tantum, sed & rerum quædam vicinia;

Tulit autē Samuel Agnum lactē-tem unum, & obtulit illum holo-caustum integrum Domino 1. Reg. 7.



VLtimus RADZIEIOVIORVM RADZIEIOVIVS
In holocaustum integrum cedit DEO.
AGNVS, cui alteri?
Nisi ei, qui per integrâm Scripturam innocētē se manifestat AGNVM
Non extingvetur unquâm amplissimæ Prosapiæ nomen,
Quia illi consecratum, qui totus est vita.
Seniùm suum est omnibus rebus humanis,
& aliquandò fatalis meta.
Magnæ Domus quasdam semper habent rimas,
Per quas prospicit, aut furtivè intrat ultimus exitus;
Conservabit tamen Deus suum AGNVM,
Qui occisum etiam resurgere fecit & trivmphare.
Extingvi possunt corpora; viva semper perennabit fama.
Nevè pro extincta in se Familia Iunosza noster erubesçat;
Cardinalitia pro ipso rubet iam Purpura.
Nè aliquandò vetustissima Domus casum sentiat;
Pastoralis fulcit scipio.
Nè, ut plerumq; fit, humana pateat mortalitas;
Archiepiscopale tegit Pallium.
Deniq; MICHAEL est,
Qui plura non desiderans individua, sibi indiuiduum est, sibi species:

Et ecce

Et ecce Agnus ſtabat ſupra montem

Apoc: 14.



VTcunq; Agni declivia in paſcuis ament,
AGNVS noſter non paſcitur niſi ſupra montem:
Primatus Regni debet eſſe,
Qui tam delicatum animal ſaturet.
Cardinalitia Purpura Principi faſtigio pronuba:
Nimirum Vaticana eminentia vix apud Polonos ferenda
Niſi non Romæ tantum, ſed & in Polonia
Titulis & locis gaudeat éminentiſſimis.
Controverſiam ſemper Polonis movit adveniens indè dignitas,
Adeòq;, acribus certatum Studijs,
Quotiès in Oleſniciò una, altera fulgeret in Oporovio:
RADZIEIOVIO deſuper datum
Vt & INNOCENTII & IOANNIS III in eum confluerent vota.
Optimè affecto in res Lechicas INNOCENTIO,
Qui regna Poloniæ aucta maluit,
Quam ſub prærogativa ſuæ poteſtatis cum Ænea Sylvio perdere.
Noverit hinc orbis
Quæ & quanta RADZIEIOVII capacitas,
Dum quæ Oleſnicium & Oporovium
Fecerunt diviſa beatos,
RADZIEIOVIUS *Solus collecta tenet*.

Et datum eſt Agno ut ſe cooperiat byſſino candenti

Apoc: 1.



INnocentiæ Symbolum AGNVS
Ab INNOCENTIO meruit honorari.
Diù intra Vaticanas ſtationes tenuit ſe tam baſilicus honor,
Et vltra medium ſæculum ad Polòniam non reſpexerat.
Senſit Arietem in RADZIEIOVIO.
Et expvgnari tandem ſuſtinuit.
Inſatiabilem belluam
Quis unuqam credidiſſet miti animali ita propitiam;
Niſi quod aviditas iſta Othomanicæ inhiavit Lunæ,
Non Agni huius lanæ.
Benè ſcivit illè Septicollis Romæ Paſtor
Agnum ſupra montem paſci:
Ideò in eo paſcuæ loco illum collocavit,
Qui eſt EMINENTISSIMVS.
Sereniſſimum in throno Noſtro non amaſſet IOANNEM,
Niſi ſimul & admotum teneriùs pectori Agnum.
Chriſti vix eſſet Vicarius,
Niſi in humeris ſuis portaret Ovem,
Relinquere alias potuit,
Hanc unam præ reliquis dilexit.

Ecce A-

Ecce Agnus ſtabat ſupra montē Sion, & cum eo centum quadraginta quatuor millia habentes nomen eius, & nomen Patris eius ſcriptum in frontibus ſuis. *Apoc: 14.*



IMpari ſemper iaculo duellant Livor & Virtus:
Paratus virtuti triumphus, Livori ignominia.
Qui aliquandò coram tondente ſe obmutuit,
Ecce AGNVS ſtat ſupra montem ſion,
Et cum eo centum quadraginta quatuor millia
Habentes nomen eius & nomen Patris eius ſcriptum in frontibus ſuis.
Quantus populus in innocentiæ teſtimonium!
Quantus ſpectator in famæ theatrum!
Ea nimirum Virtus eſt,
Quæ nec clades mereri, nec cum immeritò accedunt, deijci poteſt.
Pleroſq; in ſecuriorem portum detulit tempeſtas ſæpiûs, quam malacia:
In MICHAELE induit fortitudinem,
Simulq; in eum eluctatus montem Gneſnenſibus lilijs
Qui eſt & Celſiſſimus & Eminentiſſimus.
Memorandum triumphatoris AGNI nomen,
Quia Scriptum in tantæ multitudinis frontibus.
Quid ubi peragratus acceſſerit orbis?
Erit numerus Millionum Millium dicentium voce magnâ:
Benedictio, & honor, & gloria, & poteſtas in ſæcula ſæculorum
Sedenti in throno & Agno.

Et lucer-

Et lucerna eius eſt Agnus



NOn Aquilarum tantum Gneſna nidus eſt, etiam AGNORVM.
Qui ſi fulmina non præferunt, at lucernas.
Et id ab innutrito ſplendoribus habent animo,
Vt fulgores potiùs præferant, quam fulgura.
Faſtidium quippè ſui parit inſolitò rigidior celſitudo,
Et ubi reverentiam ab alijs expectat, accipit odium,
Nec illuxiſſe tantum, ſed etiam benefico ingreſſu voluit influxiſſe;
Quia lucerna eſt, & AGNVS.
Documentū daturus Principi Cathedræ,
Quod non ad deglubendum veniat, ſed ad alendum;
Qui ita Paſtor ingreditur,
Vt & AGNVM non exuat.
Novo Eliæ ſpiritu,
Qui aliquandò currus Iſrael & auriga eius.
Beatam ab hac Lucerna Gneſnam,
Quia non in præſens tantū, ſed in poſteros etiā claritas eius extēditur.

Dign-

Dignus eſt AGNVS accipere virtutem, & divinitatem, & ſapientiam, & fortitudinem, & honorem, & gloriam, & benedictionem. *Apoc: 5.*



IN leves lacinias non venit AGNVS, ſed in purpuras:
Atq; adeò
Non abſq; iniuria eſt, dignum eſſe honoribus, nec tamen dignatum:
In minori natalium faſtigio virtus campum habet, in quo ſe exerceat;
Vbi altiùs ſanguine aſcenderit,
Theatrum eſſe deſiderat, & in oculis totiùs orbis.
Redimiunt itaq; RADZIEIOVIANVM AGNVM Varmienſes Infulæ
Vt Virtutem & indolem redimiant,
Quæ facilè in alijs operitur, ſi non aperitur.
Erexit triumphale Vexillum Capitularis Varmiæ AGNVS
Poſtquā RADZIEIOVIANVM ſibi præeſſe vidit.
Stephanus Wydzga lætatus eo Succeſſore,
Quem ſibi in Gneſnenſi etiam ſenſit ſucceſſurum Cathedra,
In hoc ſolum inferior,
Quod perniciſſimæ alias Soleæ illiûs eò pervenire non conceſſum,
Quò RADZIEIOVIANO AGNO.
Certare cum Stephano Stephanus potuit, non cum MICHAELE:
Facilè quippè obruitur lapidibus via Stephano,
MICHAELI præſto viæ ad Eminentiſſima.

 Ecce A-


Ecce Agnus DEI. *Ioan: 1.*



A Throno non ex deserto
Prodijt hoc de RADZIEIOVIO testimonium.
Serenissima LVDOVICA iam tunc indigitabat AGNVM,
Cum in suum accepit.
Maiestatum quò altior potestas, eò Divinitati propior.
Educariq; a Regibus, est penè esse in cura apud DEVM.
Sciuit optima Princeps tantò accuratiùs instituendum,
Quantò maiorem aliquandò futurum sensit:
Et paranda in antecessum fulcra,
Queis Poloniæ niteretur Fortuna.
Erat illa Tethys assumpta Achilli,
Nisi quod non in gynæceo palæstram assignavit,
Sed in orbis peragrandi theatro.
Nec elusum Augustæ Educatricis iudicium.
Nam ita est AGNVS DEI,
Vt simul sit DEI & Apostolicæ sedis gratia
S. R. E. Cardinalis.
Archiepiscopus Gnesnensis, Legatus natus,
Primas, primusq; Princeps Regnì Poloniæ.

Et uidi

Et vidi Agnum ſtãtem &c. & cantabant Canticum novum dicentes: Dignus es Domine accipere librum, & aperire ſignacula eius. *Apoc: 4.*



NOvum certè canticum eſſe debuit;
Vt Varmienſibus iam redimito Infulis AGNO
Signatorius concederetur liber.
Petro id Tomiccio conceſſum & Stephano Wydzga,
Præcludentibus nihilominùs ſtatim ſtatutis, nè id ampliùs fieret:
Diſpenſatum cum RADZIEIOVIANO AGNO,
Qùandoquidem dignus eſt inventus,
Qui non acciperet tantum Librum,
Sed etiam aperiret, ſi quæ obſtabant vetantium ſignacula.
Adeò dignæ maximis munijs animæ ipſa etiam lex cedit:
Et mutari non erubeſcunt antecedentium ſenſuum præſcripta,
Quandò altera meritorum inchoantur comitia.
Legibus cunctis ineſt quidam orbis,
Vt quemadmodum temporum vices, ſic & illarum vertantur.
Gaviſus Regni annulus ei cõmitti Sanguini,
Qui regale etiam pomum affinitate tangeret.
Exultabant Sigillares Ceræ ab eo tractari AGNO,
Cuius vellus non in aliud ceſſurum eſſet,
Niſi in Archiepiſcopale Pallium & Cardinalitiam Purpuram.

Et canticum Agni: Magna & mirabilia ſunt opera tua Domine. *Apoc: 15.*



INſimum ad purpuras ſuffragium, quod à ſolo ſang-vine profluit:
Stabiliùs quod à meritorum apparatu.
Infelix dignitatum Fortuna
Si pro-ventu tantum numerat,
Nec beneficam extendit manum.

AGNI Noſtri.

Magna & mirabilia opera.
Adverſus hæreſim tam mite animal non ſemèl Leo.
Regiomontanæ Eccleſiæ Viſitator
Oſtendit in alieno etiam Dominio verus Paſtor quid poſſit.
Franſburgenſis & aliæ Baſilicæ
Mutis etiam lapidibus loqvuntur munificentiam.
Otthomanica Luna non Agnum, ſed admotum ſibi ſenſit arietem
A ſubſidiario ſolliciti Paſtoris ad Viennam milite
Coacta pati ecclypſim.
Ingens animus quò ulteriùs tẽdat, memoris Patriæ
relíquitur gratitudini.
Satis quia quæcunq; fert vellera hic AGNVS,
Non ſibi,
Sed Patriæ, ſed Eccleſiæ, ſed nobis fert omnibus.

Hi cum

Hi cum Agno pugnabunt, & Agnus vincet illos. *Apoc: 17*



IVNOSZA NOSTER non AGNVS tantum eſt, ſed & Aries;
Arietandis non muris ſolum hoſtium, ſed & urbibus.
Muſarum gloriam ita æmulatus.
Vt & Gradiui non negligeret,
Qui ita Soli ſtativa in MICHAELE conceſſit,
Vt & in Maioribus illius Mars domeſticum ageret.
Senſit quævis hoſtilitas,
Quod non pugnare ſolum AGNVS ſciverit, ſed & vincere.
Non refrixit unquam bellicus calor in Antenatis ſuis,
Quem Aries hic vellere ſuo ſemper incendebat.
Idem illi
Sub bellicis ac arietinis pellibus hyemem agere:
Optimè gnaro
Indecoras omnes magni Sangvinis purpuras
Abſq; murice Martiali.
Vt ut ſit aureo vellere nobilis,
Nobilior tamē ab hoſtili purpuriſſo,
Qui pro Tyro amat Tyram.


Huic Oſtiarius aperit, & oves vocem eius audiunt Ioan: 10.



DIù abſentiam & Agni & Paſtoris Noſtri ſuſtinuimus.
Vt tamen Paſtor verus intrat per oſtium,
Oſtium benè cuſtoditum inueniens
Vbi illud Oſtiariæ commendavit Clavi.
Benè ſcivit, cui Gneſnenſem cōmiſit Nidum,
Vtpotè arcium noſcenti cuſtodias.
MICHAEL ſui aut ſuorum fuiſſet oblitus
Michaelis Præpoſiti relictis excubiis?
Illinc ipſemet ad tantum progreſſus faſtigium
Et Adminiſtratorem non feciſſet Gneſnæ,
Quem Cracoviæ habet ſucceſſorem?
Clavis ſuper humerum eius,
Et huic moli iam bis ante ſuſtentatæ fuiſſet impar?
Videat an oves vocem eius non audiunt,
Cui tantus Oſtiarius aperit?
Iuſtitia toties ſe huic Clavi credidit
Et non RADZIEIOVIANVM ovile?
Ita Petrus Paſtor eſt, ut nunquam ſit ſine clauibus.

Tulit

Sedenti in throno, & Agno benedictio, & honor, & gloria, & poteſtas in ſæcula ſæculorum. *Apoc: 5.*



NOn ita triumphos Agno decernimus;
Vt obliviſcamur & Sedentis in throno.
Imò mentionem non permittit RADZIEIOVIVS,
Si Tui non meminimus IOANNES TERTIE.
Conſiſtere non vult dignitatem ſuam abſq; Tua Maieſtate;
Vtpotè illuſtris in Zodiaco Aries,
Sereniſſimi tamen Solis, hoſpitio Illuſtriſſimus.
Nec in aliquod Tibi tempus benedictio, honor, & gloria,
Sed in ſæcula ſæculorum.
An enim ita optimos principes accipimus, ut perdamus?
Popularibus vita per quosdam gradus ordinata,
Principibus vouetur æterna,
Dum tamdiù non moriuntur regna, quámdiù hi vivunt.
Commiſit votum pertranſita RADZIEIOVIO Vienna;
Vt ſponderet tantum illam de ſuis cedere annis,
Qnantum tu ei Vitæ tribuiſti:
Niſi in regnatrice prole viuere malis,
Sed ita illa capiat coronam, vt Tibi non eripiât uitam.
Nec enim novum eſt apud Polonos:
Superſtite etiam Sigiſmundo coronari Auguſtos.
Exiſtente in